

05

A

758



S

I

S

I



SYSTEMATIS THEOLOGICI PARTEM

Primam Generalem,

DE RELIGIONE ET EJUS ARTICULIS

Generatim consideratis

DISPUTATIO IIX.

De

RELIGIONE

IUDAICA,

Quam

SUB AUSPICIO SS. TRINITATIS

ET

PRÆSIDIO

BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Th. D. & Profefs. publ.

Ad συζήτησιν placidam

In minori Auditorio habendam.

proponit

M. JOHANNES Schwalbe Misenensis

Ser. Elect. Sax. Alumnus.

Ad diem 26. Octob. Horis pomeridianis.

WITTEBERGÆ,

Excusa Typis JOHANNIS GORMANNI,

ANNO M DC XXV.



05 A 758

PRÆLOQUIUM.



Onstat toti mundo & luculenter sacrae literae produnt, quam multis magnis & mirabilibus beneficiis JEHOVA DEUS gentem Judæorum olim exornavit. Nihil jam dicam de ostentis & prodigiis, quibus Deus populum sibi electum ex intolerabili servitute educturus, eumque suo favore coronaturus, Ægyptum infestavit & afflixit, Exod. 7.

& seqq. cap. Nihil dicam de mira & paterna in deserto sustentatione ac protectione, Exod. 15. & seqq. cap. Nihil de tradita terrae Canaanis possessione gentisque Cananæorum mirâ exterminatione. Nihil de innumeris aliis beneficiis, quibus Deus & apud exteras atque remotas gentes posteritatem Iacobæam reddidit celebrem. Hoc beneficium omnium maximum, hoc ornamentum splendidissimum quod soli Israelitæ lumine cœlestis doctrinae instar præclari carbunculi effulserunt, & quantum ipse Titan radiis solaribus obscuram noctis lucem superat: sic illi reliquas omnium locorum gentes, omnia regna, omnes regiones & totius Oceani orbis ab hominibus inhalitatos beato doctrinae cœlestis splendore transcenderunt. Ecquod ullibi regnum, quæ gens, quæ natio floruit, quam adeo Deus immortalis præsentis misericordiâ, bonitate & inexhausti amoris significatione affatus est, atque huic sese populo, nunc de medio igni, nunc è cœlis, nunc aliâ *Ἰνὸφανεῖας* specie manifestavit, ministerio non hominum tantum, sacerdotum, Prophetarum, Regum, Iudicum, Patriarcharum: sed beatorum quoque angelorum usus, quo veram sui cognitionem ipsis implantaret, mentis suæ voluntatem indubitata exponeret, verbumque veritatis per ostenta, per miracula, bello, valente manu, porrecto brachio, factisque mirabi-

splendida privilegia ! Elogia passim in sacro codice occurrunt. Vocantur Dei hæreditas & dilectio animæ ejus, Ier. 12. v. 7. Dei peculium Deut. 7. v. 7. Dei filius & primogenitus Exod. 4. v. 22. Servi Dei Lev. 25. v. 55. Dei Sponsa Hos. 2. v. 21. Dei tabernaculum & habitatio Psal. 76. v. 3. regnum sacerdotale & gens sancta Ex. 19. v. 6. Privilegia percenset D. Apostolus in Ep ad Rom 9. v. 4 5. Ipsorum est adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium, promissio, Patres, Christus denique secundum carnem. Verum enim verò, ecquis modernorum Iudæorum status? quæ conditio? sanè miserrima & deploranda. Favor iste Dei versus est in furorem, beneficia in supplicia. Olim erant populus electus; jam abjectus ac rejectus : Hinc cessant elogia, irrita sunt privilegia. Quæ verò hujus mali causa? Dicam breviter. Retrorsum se à Deo averterunt, Religionem & cultum perverterunt, imò in abominandam idolomaniam penitus converterunt. De hac variata & corrupta Religione Iudaica ordinis ratio postulat, ut brevis ac succincta instituatur dissertatio, & quæ circa illam notanda occurrunt, explanentur. Quod ut fieri possit, Deus Spiritu suo sancto nos in omnem veritatem ducat ! Sit ergo

THEOREMA PRIMUM.

Judaica Religio est duplex. Antiqua & Nova. Antiqua est, quæ unicum & verum Deum ita, ut sese in verbo suo revelavit, agnoscit, & juxta cultus divini in verbo præscriptam normam colit ac veneratur. Talis fuit olim Religio sanctorum Patriarcharum, Regum & aliorum similium; Quæ quia à vera Religione non discrepat, de ea hic non sumus solliciti.

Quod populus Iudaicus verum Deum olim tam quoad essentiam, quàm quoad voluntatem verè agnoverit, eumq; juxta divinitus præscriptam normam rectè coluerit, ex totius patriarchalis historiæ in V. T. descriptæ serie constat luculentissimè. Quis enim tam hospes est in sacra historia, qui non legerit, quomodo

Israeliticum præ reliquis cunctis in peculium sibi elegerit; quo-
 modo cum illo foedus pepigerit, illudque per signum quoddam,
 externum, tanquam sigillum (circumcisionem puta præputii)
 confirmaverit: è manibus hostium eum liberarit: in terram bo-
 nitate alias omnes superantem in manu forti brachioq; extenso
 introduxerit: verbum suum & legem, secundum quam vivere,
 Deum agnoscere, agnitum celebrare & laudare tum, cum mun-
 dus totus in idololatriam submersus Deum verum, cœli & terræ
 creatorem ignoraret, deberet, per Mosen dederit? Et quanquam
 legi divinæ præceptisque propositis ex asse & per omnia (*quæ hu-
 manæ naturæ corruptio est*) satisfacere non potuit, hoc tamen ipsi-
 us fuit studium, hoc votum, ut juxta præscriptam vitæ regulam
 omnes actus suos conformare liceret. Hinc jugum illud & sibi
 & posteris intolerabile, sponte & lubens recepit, promittens, se
 omnia, quæcunque præceperit Dominus, facturum. Ad cultum
 quod attinet, illum certe illibatum conservare & ad posteri-
 tatem propagare summo semper allaboravit studio. Et si qua
 per Satanæ astum inductus ac à viis Domini seductus ad idolo-
 maniam propendit; statim tamen fuit revocatus, & actâ serio
 pœnitentiâ reversus. Ob primævam hanc obedientiam atque ti-
 morem, quo sese Deo commendabat, tam eximiis ornabatur e-
 logiis, quæ in præfatione percensentur. *Quia igitur verus Deus in
 Iudæa, uti jam evictum, priscis temporibus fuit notus, & in Israel ma-
 gnum ejus nomen; Quia ipse IEHOVA revelavit Iacob verbum suum &
 Israel justitiam & statuta sua; Quia denique Israel, Deum, prout
 sese revelavit, agnovit ac coluit, ecquis amplius de Religionis
 Iudaicæ priscae veritate & sinceritate dubitaret?*

THEOREMA II.

*Nova Religio Judaica est, quæ V. T. monumentis ad Ra-
 binorum nefaria placita & commenta corruptis, ac deprava-
 tis; Novi autem libris prorsus repudiatis, partim Majorum
 traditionibus suffulta, partim Rabinorum corruptelis inni-
 sce, & à verâ veri Dei agnitione & cultu pariter aberrat, &*

A 3.

dere

Gen. 12. 5. 10.

Gen. 17. 9. 2. 59.

Ex. 12. 8. 599.

Jos. 8. 8. 599.

Jos. 11.

Act. 15. 6. 10.

Exod. 19. 6. 8.

Exod. 32.

Pf. 147. 6. 19. 20.

de reprobata & vitiosa ac blasphemias in Jesum Dei, Immanue-
lem nostrum, Dei paramq; virginem jactat, immaniq; odio &
crudeli animo Christianos persequitur, generis ac gentis sua
nobilitati eternam beatitatem pollicita.

Nova ergo Judæorum Religio, (de qua nobis hic sermo est) illa
est, quæ ab antiqua puritate ac pura antiquitate recedens à vera
Dei agnitione & cultu aberrat longissime, propterea quod ver-
bum Dei in fictitias majorum traditiones atque ad inventiones,
& frivolas Rabinorum fabulas transformat, & ita sincera do-
ctrina rejecta abominandam idolomaniam superstitionesque
plurimas invehit, totaq; pene horrendis blasphemias ac convi-
tiis scatet. Quanquam enim antiquitus populus Judaicus ver-
bum Dei habebat purum & incorruptum, Religionemq; juxta
omnes partes illibatam, non tamen semper ita retinuit, depofi-
tumq; conservavit, sed ex nimia levitate ac superbia viam veri-
tatis divinæ deseruit, semitam econtra mendacii & superstitio-
num animo petulante sequutus est. Hinc verbo Dei unico non
contentus, sed propria potius sapientiâ fretus doctrinas novas,
leges item nec non statuta constituit, & secundum ea multo ma-
gis, quam secundum mandata Dei ipsa, quæ hac ratione dere-
liquit & abrogavit, vitam moderatus fuit. Cumq; Deus ob
tantam ingratitude ad populum illum Prophetas tandem,
nullos amplius amandaret, prophetiæq; inter illum planè defi-
cerent, tum demum in perversam reprobamque mentem formi-
dabilemq; cæcitatem ex justo Dei judicio traditi fuerunt, & à
mandatis Dei omnibus desciverunt, fundamento salutis non ame-
plius super Dei verbo superstructo, sed super majorum traditio-
nibus, Rabinorumq; deliris ad inventionibus. Ex quibus colli-
gere promptum est, quàm procul à vera veri Dei cognitione cul-
tuq;, fundamento vero destructo, nova Judæorum Religio ab-
sit. De hac ingratitude & turpissima apostasia populi Judaici
Moses jam tum suâ ætate vaticinatus est: *Et impinguatus est, inquit,*
Deut. 32, 6, 15. Israel, & recalcitravit, & dereliquit Deum, qui fecit eum & despexit
Deum, salutem suam. More nimirum prophetico hoc dictum
est, quasi jam tum factum fuisset id, quod de Israele narratur,
post

σία illa tum primùm, cum Josua eum in terram promissam in-
troducisset, quemadmodum propheta cum alii omnes, tum ve-
rò Hoseas verbis propemodum iisdem testati sunt. Ob ingrati-
tudinem reprehensus est idem populus à propheta Jeremia. De
pertinacia ejus conquestus est Deus ipse apud Jeremiam. Tan-
dem adeò pertinax esse cæpit, ut prophetarum, ad divini cultus
reformationem vitæque pessimè actæ emendationem eum ad-
hortantium, amplius audire neminem dignatus sit, sed perse-
quutus, trucidarit, lapidârit, supplicio mortis affecerit, prout
Nehemia 9. v. 25, 26. memoriæ proditum est. *Ceperunt præterea ur-
bes munitas & c. irritaverunt itaq; & rebellaverunt contra Te, & rejece-
runt legem tuam post corpus suum, Prophetas quoq; tuos occiderunt, qui
testificabantur contra eos ut converterent eos ad Te, & fecerunt convi-
tia magna.* Hujusmodi detestanda convitia & blasphemias ve-
rè Satanicas eo cum primis tempore, cum Messias hisce in ter-
ris agens cum ipsis conversabatur, ore impudico eructarunt,
quibus referta est Evangelistarum historia. Quo illustrior e-
nim lux iis affulgebat, eò crassiores in cordibus obstinatorum
Judæorum oriebantur tenebræ, adeò ut instante Evangelii pro-
mulgatione, Messiaque jam exhibito tota Judæorum Synagoga
fermento doctrinæ Pharisaicæ esset corrupta, legis sensus de-
pravatus, doctrina de Messia & Justificatione prorsus erronea,
cultus exhiberetur impurus, multa admiscerentur *traditiones ho-
minum, quibus frustra colitur Deus.* Nec melior, quin imò longè
pejor est hodierna progenies. Quas enim quotidie tum in ordi-
nariis suis preculis tum in sermone quotidiano evomant blas-
phemias contra JESUM CHRISTUM, contra S. virgi-
nem Mariam, contra fidem nostram, contra Romanum Impè-
rium & omnes Christianos in genere, testis est experientia & te-
stantur id Judæi ad Christianismum conversi aliaque docu-
menta. Et ita satis depictam esse arbitror impiam ac blasphe-
mam Religionem modernorum Judæorum. Consequens
jam est, ut, ex quibus existat causis, paucis

ostendamus.

THEO.

Hof. 13. v. 5. 6.

Jer. 11. v. 16.

Jer. 7. v. 25, 26.

Neb. 9. v. 25, 26.

Luc. 11.

Joh. 8.

Matth. 15. 9.

Causse Religionis Judaicæ efficientes sunt tum internæ; tum externæ. Internæ 1. Nativa mentium humanarum cecitas 2. præconcepta de Messia mundano opinio 3. Judæorum obstinata malitia. Externæ 1. Justissima Dei indignatio & vindicta. 2. Rabinorum corruptele & Majorum traditiones. 3. Furor Diaboli.

Eph. 2. v. 8.

1. Cor. 2. v. 14.

Psa 119. v. 105.

2. Pet. 2. v. 19.

Ephes. 4. v. 6.

17. & 18.

Inter causas internas primam constituimus *nativam mentium humanarum cecitatem*. Mens enim humana in rebus divinis per se se non tantum cæca est; unde *homo naturalis tenebrarum appellationem sortitus est*: Sed & suis de Religione quadam certa constituenda λογισμοῖς adeo stulta, ut quæ spiritus Dei sunt, non percipiat. In hac intellectus nostri obscuritate unica lux est *verbum DEI*, quod lucerna est pedibus nostris & lumen semitis nostris. Huic dum attendimus, lucifer exoritur in cordibus nostris; Si secus, meris involvitur errorum tenebris. Exemplo nobis sunt Iudæi, hi quamdiu verbo Dei unicè inhærebant, tam diu in cœlestis veritatis luce ambulabant: Ut primum verò lucidam illam faculam non habebant amplius prælucentem, in tenebris circum errabant, nescii quid credant vel credere debeant. Quod enim olim de gentibus pronuntiavit gentium Apostolus, quod in vanitate mentis suæ ambulent, eo quod mentem habeant obtenebratam, & à vita Dei abalienati sint, propter ignorantiam quæ est in illis, & excæcationem cordis eorum, id haud inconcinnè ad ipsos Iudæos, lumen veritatis cœlestis seponentes, accommodari posse videtur. 2. Nec parùm ad confingendam Religionem illam attulit adjumentum præconcepta de mundano Messia opinio. Ejusmodi enim optabant & etiamnum optant Messiam, qui Rex terrenus aliorum Monarcharum more in terris regnaret, omnes gentes debellaret, & Iudæos in terram Canaan reduceret. Hanc mentem scripturam propheticam lecturi dum adferunt, sensum quæ à scopo ac intentione Spiritus S. alienum inferunt, ut verum inde sensum vaticiniorum, typorum &c. auferant, impossibile est. Hinc illa V. T. corruptio, depravatio, in sensum peregrinum detorsio, quæ Religionis corrumpendæ causa fuit non postrema. Accedit 3. Iudæo-

Judeorum obstinata malitia. Etenim tam pertinaces temperantur
 Judæos, ut, cuicumq; rei vel opinioni animos semel dedidissent,
 ei tam tenaciter adhærere consueverint, ut ab eadem rursus a-
 velli non potuerint, testis est V. T. historia; Quam ob causam
 etiam Moses cæteriq; vates quam acerrime eos reprehenderunt.
 Verū, quæ erat populi istius malitia & pertinacia, omnes corre-
 ctiones ac increpationes surdis auribus audiverunt, verbum in-
 super Dei, ejusq; præcones ac ministros contumaciter rejece-
 runt, quin odio hostili persecuti sunt, veritati cœlesti contra
 propriæ conscientiæ testimonium contradicentes. Quid ergo
 mirum, quod veritate repudiata falsitatem sectentur? Hanc
 contumaciam & obstinatum malitiam Deus iustissimus Iudex inultam ac
 impunitam relinquere non potuit, quin ex justissima indignatione
 illam vindicaturus (quæ prima causa Externa est) immisit illis
 ἐπέγειον πλάγους, ut credant mendacio, pro eo, quod dilectam verita- 2. Thess. 2, 10. 11.
 tem recipere noluerunt, in hoc ut salvi fierent. Ad executionem ju- 1. Reg 22, 5, 23.
 sti sui iudicii dedit Deus Spiritum mendacii in ore prophetarum, Rabi-
 norum puta (quæ secunda causa externa) qui sacras litteras in-
 primis vaticinia de Messia nequiter & pro lûbitu corruperunt
 ac depravarunt, quibus corruptelis cum hodierni Judæi tam te-
 naciter inhæreant, ut manifesto prius Dei verbo, quam Rabino-
 rum decreto assensum ac fidem denegent, hinc tam pulchra e-
 mergit religio? Executionem permittit & mandat Deus Satane
 (quæ tertia causa Externa) qui mentes Doctorum ac Rabinorum
 excæcat, & contumaciam nativam subinde magis magisq; con-
 firmat, ne illis cœlestis veritas illucescat. Et hæc ita breviter fue-
 re causæ exorti Judaismi, cujus summa capita sequenti Theore-
 mate sunt enumeranda.

THEOREMA IV.

*Materia seu summa Religionis Judaica false partim
 inanes gloriationes; partim manifestas corruptelas; partim
 convitia & blasphemias; partim superstitiones ac ludicras ce-
 remonias & ritus; partim aniles fabulas continet. Funda-
 menta impia & blasphemæ suæ doctrinæ hauriunt ex impiis-
 simo atq; blasphemis refertissimo libro, quem Talmud indi-
 gitant*

B

gitant

tant & pro norma Religionis suæ agnoscunt ac recipiunt.

Duo in Theoremate hoc veniunt expedienda & explicanda. 1. *Quenam sint præcipua Religionis Iudaicæ novæ capita.* 2. *Quibus illa superstructa sit fundamentis.* Quod primum attinet, Religio Iudaica prolixè ac fideliter descripta est à *Christiano Gersono baptisato ac converso Iudæo in Libri Talmudici enarratione ac refutatione Lib. I. cap. 5. seqq. ut & à Buxtorffo in Synagoga Iudaica.* Ut brevitate ratione habita totam Judæorum hodiernorum Religionem in pauca contrahamus capita, diximus in Theoremate, illam continere. I. *Gloriationes inanes.* Jactant enim Iudæi potissimum cum detestando nostrum, qui gentes fuimus, contemptu 1. *generis nobilitatem*; quod originem ducant à Sanctis Patribus, qui fuerunt Dei peculium, quemadmodum & ipsi sint. Sed quid Christus ad reprimendam istam jactantiam? *Vos (Iudæi) ex patre Diabolo estis &c.* 2. *Possessionem legis divinæ*, admirandis ac stupendis miraculis ad ipsos in monte Sina repetitæ. Verum quæ hæc gloriatio, cum legem nec intelligant, nec juxta illam vivant? 3. *Circumcisionis fœdus*: Sed & hoc partim non intelligunt, partim etiam adspernantur: Tantum enim in opere externo cum stupore hærent, & verum ejus usum & effectum negligunt: II. *Continet corruptelas ac depravationes.* Ut enim nullus pene V. T. locus est, quem non juxta proprium cerebellum beneplacitumque misere corrumpant: Sic & nullus Religionis fidei articulus, quem purum ac sincerum retineant. Et licet tredecim articuli fidem Iudaicam complectentes, (*quos invenire licet apud Gersonem Lib. I. cap. 5. pag. 32. & apud Buxtorffum in Synag. Iud. cap. I. pag. 3.*) primâ fronte appareant Dei verbo non contrarii, sed potius cum eo consentientes: Attamen si rem rectè æstimamus, patet ne unicuique quidem juxta verbi divini tenorem ab ipsis credi. Omnes enim vel eò sunt directi, ut tam personarum quam essentiæ divinæ unitatem insinuent ac confirment; vel filium & Spiritum S. à Deitate exterminent; vel filii Dei æternitatem, propterea quod in tempore homo factus, negent: vel filii Dei ac Spiritus S. adorationem impugnent; vel Christo propheticum munus derogent, illudque Mosi, tanquam eminentiori, tribuant; vel N. T.

JEOTTVEU

vel iustitiam corā Deo valentem legi divinæ unice adscribāt vel
filium Mariæ cruci affixum Messiam negent, aliumq̄ expectandū
evincant; vel tandē ut obtineant non omnes simul homines, sed
pios tantū Iudæos in novissimo die resuscitatum iri. Inprimis
vero *doctrinam de Deo & de ipsius voluntate corrumpunt*. Ut enim Es-
sentia sic & personarum unitatem tantum confitentur, unde
nos, qui Personarum in una Deitate Trinitatem credimus ac
confitemur, *πολυθείας* accusant. Qualem Messiam sibi fingant,
ignotum est nemini, qui scilicet non Deus sit, sed *ψιλῶ ἀνθρώ-
πῳ*. Evangelii quoque & legis doctrinam depravant; Legi enim
externis tantū operibus & observatione satisfieri, & hac ex-
terna observationum larva Deum placari seque æternam beati-
tudinem adipisci posse somniant. *Doctrinam autem Evangelii de
gratuitā Dei misericordiā propter Christi meritum credentibus conse-
rendā* prorsus ignorant, monstratamq̄; repudiant. Ut enim per-
sonam, ita neque officium Christi rectē agnoscunt, quod in eo col-
locant, quod omnibus Iudæorum hostibus pacatis ac placatis
eos reducturus sit in promissam terram Canaan, ibi regnum Is-
raelis seculare ac terreste restitutus & in pacem tranquillita-
temque optatam repositurus. Cum enim atrocitatem suorum
peccatorum & iræ divinæ non agnoscant, & præter humani-
tatem in Messia nihil admittant, quid aliud, quàm momenta-
nea tantum vitæ hujus bona de eo sibi polliceantur? De adventu
Messiæ ipsi adhuc fluctuant & ambigunt. Quidam eorum Mes-
siam jam tum advenisse, nondum autem manifestatum esse,
sed, ut quidam somniant, Romæ inter pauperes; alii in paradiso
adhuc latitare affirmant. Quidam autem adventurum expe-
ctant. Sub ejus adventum Israelitarumq̄; in patriam reducti-
onem *plurima miracula* comminiscuntur expectanda, adeoque i-
psam naturæ immutationem. Fore enim, ut montes humilien-
tur & subsidant, valles autem attollantur, Iudæisq̄; in suam pa-
triam remeantibus facilem præbeant transitum, solitudines
aquis & fontibus abundaturas, neminem Iudæorum etiam mē-
te captum à via Hierosolymam ducente aberraturum esse, aut
ex itinere defatigatum iri, oves cum lupis pasturas, gentium autē

ras cum muneribus ac donis, & urbem templumque Hierosolymitanum de suis refectionibus esse facultatibus, sponteque Judæis servituras. Ipsos autem Judæos omnis generis divitiarum mundanarum copiâ in promissâ patriâ abundaturos, neque inde, nisi animi oblectandi causa, egressuros. Quod si a. cuipiâ aliò migrare libeat, eum ab omnibus gentibus, ad quas sit per venturus, agnitum iri, quæ eum excepturæ sint cum gratulationibus & felicitatis singularis prædicationibus. Et hanc sortem simul juvenum & senum fore. Vitam Judæorum (*ulterius tradunt*) fore longævam pariter & nullis interturbatam molestiis, tranquillam & jucundam. Quanquam autem ducturus sit Messias ex gentibus uxores plures, Regibus singularis felicitatis loco, suas ab eo in matrimonium filias peti, habentibus: habiturum tamen unam reginam primariam, quam ex Judaica gente sibi matrimonio copularit. Messiam vitæ longitudine satiaturum, coronam, sceptrum & regnum traditurum filio successori, qui & ipse & omnes ejus successores & posterum pari in administratione regni usuri sint felicitate & pace. Talem ergò Messiam cum sibi fingant Judæi & talia beneficia atque bona sibi de ipso promittant, fieri non potest, ut vaticinia & de promisso Messia & ejus beneficiis aliter, quàm juxta præconceptas suas opiniones, *non spiritualiter sed carnaliter* interpretentur. Hinc igitur tam crassæ ac detestandæ clarissimorum de Messia & ejus beneficiis vaticiniorum corruptelæ ac depravationes, *quas brevitate causâ hic omitto, & benevolam lectorem ad Elenchos Dn. D. Helvici Tom. IV. Diss. Giess. insertos remitto.* Et tantum de præcipuis Religionis Judaicæ capitibus strictissimè. Prolixorem descriptionem vide apud Lutherum Oper. VViteb Germ. Tom. 5. Münsterum in brevi illa Religionis Iud. Synopsi. Antonium Margaritum de fide Iudæorum. Buxtorfium in Synag. Iud. Christ. Gersonem in Talmud.

III. Convitia cum in ipsum Christum Salvatorem & Redemptorem nostrum; tum matrem ejus Mariam, Nosq; adeò ipsius nomini consecratos ipsumque profectos conjiciunt plurima, eaque:

laribus in Nos effusis execrationibus ac diris ingemiant, quorum de numero sunt 1. Quod tempore, lege divina (Levit. 20. vers. 18.) vetito, sit conceptus filius Mariae, quem nos promissum Messiam esse asserimus, idque eum in finem mentiuntur, ut eum fatuum ac stolidum & rationis parum competentem arguant: Qui enim eo tempore concipiuntur foetus, aut corporis deformitate aut imbecillitate perpetua aliisve incurabilibus morbis laborant aut rationis usu destituuntur. 2. Eum Manser, id est, spurium appellant, & ex adulterio cum fabro commisso natum blaspheme & impudenter calumniantur. 3. Nomen ejus nequiter depravant, cum enim in commerciis cum Christianis ejus mentionem penitus praeterire nequeant, illud ipsum autem ex animo detestentur, execrentur & abominentur, in sermonibus cum Christianis cum alio ficto & nihil significante nomine permutant IESU dicentes, ultima radicali extrita & elisa יֵשׁוּ, quae vox per se nihil significans, eundem numerum complectitur, quem Hebel Vorik, quo eum in suis colloquiis appellare solent, ut D. Lutherus ex Ant. Margaritha docet. Hebel Vorik autem eodem Luthero interprete, non tantum mendacem ac fallacem, sed ipsum mendacium & fallacias significat. Quotiescumque autem inter sese sermones conferentes hac voce utuntur, toties etiam ter in terram exspuunt, יִמַח שְׁמוֹ iimach schmo; id est, deleatur nomen ejus, per execrationem addentes. 4. Eum prestigiatores, qui magicis artibus & Diaboli ope atque impostura adjutus sua opera & miracula ediderit, mendacissime pariter & impudentissime nugantur. 5. Eum appellant Talui & Tolah, id est, einen erbeneften Dieb an Galgen. Hoc testatur Lutherus de duobus Judaeis, qui sub specie docilitatis ejus opera impetraverant litteras assecurationis, postea gratitudinis ergo hoc epitheto Christum honoraverant. 6. Christum, ajunt quotannis eam nocte qua Christiani celebrant festum Natalitiorum cogi perreptare omnes cloacas (increpet te Satanas!)

MARIAM matrem Messiae appellant Hariam, id est, sterquilinum.

B 3

Imperi

Latb. Tom. 8.
Jen. lib. de
Jud. Buxtor-
fix in Syn.
Jud p. 176. Er-
nestus Ferdi-
nandus Jude-
us conversus in
flaggello Jud.
p. 1. c. ult.

Tom. 5. fol.
502. a.

Lutb Tom. 8.
Jen. lib. de
Jud Buxd. l.
d. Ern. Ferdin.
part. 2. c. 4.

Ferdin. d. l.

Münsterus esse
blasphemo li-
bello Nizschē.

appellant *Malchuth Edom*, *Malchuth Zadon*, *Malchuth Mirschaath*,
Malchuth Esau, *Malchuth hereschaath*. Id est, Regnum Edomiti-
cum, regnum superbum & tyrannicum, regnum impium, regnū
Esau, & diris horrendis devovent, *quas vide in Diss. Giess. Tom. I V.*
Diss II. Sive Elench. Iudæorum 8. Quæst. I.

Ferdinandus
d. l.

Ferdin. d. l.
Luth. lib. de
Jud. alleg.

Vide Schem-
bamphoras
Lutheri.

Christianos in specie appellant *Goïm Ethnicos & populos mundi*,
impios nebulones, canes, cadaver (Germanicè *Schelm*) *latrones*. Quā-
do Christiani cujusdam mentionem faciunt, addunt: *pereat no-*
men ejus, quod perinde valet apud ipsos, ac *diabolus abripiat eum*.
Si quem Christianum audiunt mortuum esse ajunt: *Anima ejus*
sit in inferno. Si quem Christianum ad se venientem germanicè
excipiunt *Wilkom Sched est diabolus*. Germanus verò homo pu-
tat se amicè excipi, cum Iudæus eum diabolum appellet. Et has
pluresvè alias blasphemias ac convitia, *quæ vide in Dissput. Giess.*
loco alleg. in suis Synagogis in omnibus cæribus ac conventibus
repetunt & ingeminant, & in suis contuberniis quotidie suis ac-
cinunt, ut & illi à teneris ad hasce blasphemias assuefiant. Quod-
que hac in parte nebulonibus istis, quandoq; id inficiantibus,
non fiat injuria, probat D. D. Helvicus in Elencho Iud. 8.

IV. *Ritus ac ceremonias*, De ritibus Iudæorum variis ac super-
stitiosis quia prolixior, quàm utilior foret tractatio, legatur *Ane-*
ton. Margaritha, in Lib. de fide Iudæorum Buxtorfius in Syn. Iud. Gerson
in Talmud. Lib. I. c. 18. sqq.

V. *Continet aniles fabulas*. Quid enim est tota Iudæorum
Religio, præter fabulas ineptissimas (pene dixissem impiissi-
mas.) Unicam duntaxat Iudæicæ Religionis partem, quæ est de
Messia examinabimus, & suavia audiemus somnia. Quoad e-
jus *adventum* fabulantur Talmudistæ, eum jam tum exhibitum
esse, sed Romæ sub porta inter ægros lepraq; infectos sedere, *ex*
cap. Esa. 53. v. 3. Alii in Paradiso ad pilum mulieris alligatum ja-
cere fingunt, in eam sententiam trahunt verba, *Cantici c. 7. v. 1.*
Alii mendacia fabulamentaq; confingunt alia. Quoad *Messie*
officium comminiscuntur, eum Iudæos omnes ex regionibus o-
mnibus & à ventorum cardinibus omnibus recollecturum, & in
terram Canaanem melle nec non lacte fluentem simul perdu-
cturum,

Sanhedrin. c.
12 p. 98.

magna cum pompa magnoq; cum gaudio Iudæos omnes ad id
invitaturum amiceq; excepturum. Ibi animalia omnium ma-
xima, aves item & pisces, quos Deus unquam creavit, mactati;
vinum quoque & preciosum & nobile, quod in paradiso creve-
rit, & in cella Adami ad istud usque tempus asservatum fuerit,
apponetur. Primò omnium *bos ingens* ille, miræ cujusdam &
magnitudinis & roboris, in libro Iobi descriptus & *Behemos* ap-
pellatus, prodibit. Hunc dicunt, in diluvio ob magnitudinem
non fuisse suffocatum, & diebus singulis montes mille depasce-
re, *juxta Psal. 50. v. 10.* Et omnes Jordanis aquas per anni dimidi-
um congregatas uno sorbere haustu, *juxta 40. cap. Iob. v. 18.* Secun-
do, ad convivium hoc idem ritè læteque celebrandum capietur
& cæcis immans ille *Leviathan* appellatus, qui, *juxta traditio-*
nem Talmudicam, singulis diebus piscem, cujus longitudo duo
millaria exæquet, in victum requirat. De vastitate hujus ba-
lænx porrò refert *idem Talmud,* quod, si contingat, ut caput tan-
tum in paradysum ingerat, nulli hominum in eo spacium relin-
quatur; Et si halitum, aperta fauce, emittat, omnes maris aquæ
effervescent; *Ex Iob. c. 41. v. 21.* Quomodo Deus masculum castrâ-
rit; fæmellam verò peremptam sale condierit, ne sese invicem
miscentes, genusq; augentes mundum vastarent universum;
Quomodo item bovem istum immanem, *Behemos* appellatum,
marem quidem ob eandem causam castrarit, fæminam verò
frigidam & infæcundam fecerit, lege in *Synag. Iud. Buxtorfii, pag.*
537. Tertio scribit *Elias Levita,* in *Dictionario suo Tushi,* se à multis
& priscis & probis Rabbinis audivisse, in convivio eodem hoc
avem formidabiliter immanem istam *bar juchne* vocatam, per-
emptam & evisceratam assatum iri, de qua in *Talmudo* scriptum
est, quod tempore quodam, ovum è nido suo ejecerit, è cujus
lapsu cedri altissimæ trecenta & fractæ & dejectæ sint, cum-
que è lapsu isto ovum confractum fuerit, pagos sexaginta
summerfos & velut alluviorè inundatos de locis ipsorū consue-
tis alio asportarit & plane dissiparit (*vix fidem mereretur hac rela-*
tio nisi Talmudis autoritate munita esset.) Sed quis suspicetur hoc
fabulosum, cum talium avium plures in Iudæa reperiantur. *Loco*
Talmudis

cap. 4. v. 10.

Baba Basra
fol. 74.

Bechoros cap.
vit. p. 57.

Talmud paulo Juperius in ara legitur de corvo quodam, qui & ipse pavus non fuerit, & à Rabbi quodam verace etiam conspectus sit, hunc in modum re tota eveniente: Dixit Rabba bar channah: Tēpore quodam ranam quandam conspexi, quæ tam grandis esset, quàm pagus Akra in Hagronia situs. Quàm magnus erat pagus iste? Tam magnus ut domorum sexaginta capax esset. Tum veniens serpens quidam ingens, deglutiebat ranam istam. Mox corvus aliquis grandissimus advolitans & serpentem & ranam deglutiebat, avolansq; super arborem ibi sessura sese demittebat. Cogita jam quàm magnam & robustam arborem hanc fuisse oportuerit! Ad quod respondens Rabb Papa filius Samuelis; Nisi, inquit, egomet ipse, oculis meis hisce propriis conspiciatus essem, credere equidem nequivissem. Huc usque Talmudus. Apparet ex his, Judæos non modo sapientiâ coelesti, sed & ratione naturali, sensuq; communi adeo privatos esse, ut stultissimi prorsus & insanissimi evaserint.

Hæc fuit summa Religionis Judaicæ, cujus fundamenta cum ex Talmudo petant, de illo adhuc in 2. hujus Theorematis parte aliquid erit addendum. Deducitur vocabulum Talmud ex Hebræo תלמוד lamad, id est, didicit, ut sit quasi μάθησις & disciplina. Est enim nihil aliud, quàm confusum chaos, & sarrago ψαδερμνεσιών, σρεβλων, ενταλμάτων, à diversis Rabbinis confictorum & in volumen unum congestorum, ut sit quasi norma, juxta quam omnia ipsorum dogmata sint exigenda. Originem illius à Mose Dei propheta deducere conantur, dum nugantur, Deum Mosi 40. diebus totidemq; noctibus in monte Sina commoranti, primum quidem Legem scriptam dedisse, postmodum verò eandem toto illo temporis spacio viva voce declarasse, omniumq; mandatorum causam, modum, fundamentum & intentionem in vero sensu ob oculos posuisse. Probare id nituntur ex Deut. 4.

R. Aben Ezra.
R. Farchi, R.
Bechai & alii
in hunc locū,

v. 14. Præcepitq; mihi Dominus eodem illo tempore, ut ego docerem vos statuta ejus & judicia. Statuta hæc & judicia nihil aliud fuisse, ajunt, quam genuina scriptæ legis explicatio; alias Lex oralis appellata, quàm Moses docuit Josuam, Josua 72. Seniores. Ab illis propagata est ad Prophetas ultimos Zachariam & Malachiam. Ab his magnum concilium Sanhedrinum accepit. Post hoc

que ex avia sua aut avo commemorari perceperat. Si quæras, cur Deus istam oralem legis explanationem litteris consignari noluerit? Respondet R. *Masche Mikkotzi*: Ne goiim (*gentes intelligit*) declarationem istam transcriptam perverterent prout legē scriptam pervertissent. Licet verò legē oralem scripto mandare fas non esset, interim tamen, dum Hierosolymâ capta temploq; vastato Judæi hinc inde per mundum dispergerentur universum, ne lex ipsa funditus periret, R. *Iuda Hannas*, (*sanctitatis ergò Magister magnus appellatus*) Judæorū doctissimis ex omnib9 imperii locis coactis, quicquid & ante & post Christum ad tempora usque sua de Lege orali in memoria remanserat, in librum quendam certum congeffit, qui Liber *Mischna*, id est, *Lex iterata* Græcè *διδασκαλική* vocatus sex *sedarim* seu *summaria* complexus est. In his *διδασκαλική* illæ, sive traditiones, sive ordinationes Majorum, secundum quarum præscriptum tum temporis Synagoga Judaica sese gerebat, gerereq; debebat universa, legibus, brevibus conclusionibus, thesibus aut aphorismis comprehensæ sunt. Liber hic Anno Christi 219. pro absoluto confirmatus & à Synagogâ Judæorum tota receptus & adprobatus est. Elapsis aliquot annis quidam *Rabbi Iochanan* appellatus & Rector Academia Hierosolymitanæ per annos octoginta totos salutatus, librum superiorem auxit; cumq; deinde *Talmudum Hierosolymitanum* nuncupavit, qui cum sit obscurus, intellectuq; difficilis, ut olim, sic hodie quoque non in magno habetur precio. Post eum *Rabbi Assè* Rector & ipse Academicus *Mischnaios* in schola explicare cepit; tractatusq; duos annis singulis percurrit, & ita toto professionis tempore, annis 60, *Mischnaios* bis absolvit. In scriptis verò tractatus solum triginta quinque finivit. Incepit autem profiteri Anno Christi 367. Post eum Anno videlicet 427. *Maremar* quidam Rector est factus, ad quem adjunxit se *Mar, Rabb' Assè* filius, qui quod R. Assè imperfectum reliquerat, absolverunt. Id verò quod hi addiderunt, *Gemara* sive complementum fuit appellatum. Tandem *Mischnaios* & *Gemara* integrum *Talmudum* constituerunt, & ita *Talmudus* Anno Christi quingentesimo perfectus, obsignatus, receptus, pro authentico agnitus & *Talmudus Babylonicus*

que diem in negotiis, tam spiritualibus, quàm politicis gerunt. Et tantum de Origine & autoribus Talmudi. Nunc, quid de Religione Judaica, Religionisq; Norma sit statuendum, sequens docebit Theorema.

THEOREMA V.

Falsitas Religionis Judaicae semetipsam prodit atq; redarguit. Nam 1. Causse, ex quibus existit. 2. Fundamentum, quo innititur. 3. Contradictio, quâ contra cœlestem veritatem insurgit. 4. Diuturna tandem rejectio, satis superq; arguunt, quod Deum autorem non habeat, ideoq; à veritate sit alienissima.

Non jam instituti neq; Methodi ratio permittit, omnes ac singulos Judaicæ Religionis errores, qui numero sunt plurimi, in specie refutare. Hac enim ratione partis generalis cum speciali fieret confusio: sed hoc loco sufficit, in genere ostendere, Religionem Iudaicam cum omnibus fidei suæ articulis falsissimam esse. Idq; operosâ probatione indigere haud videtur. Nam 1. omnes causse, ex quibus existit, illam falsitatis convincunt. Efficiens enim non est Deus, sed *deliræ rationis λογισμός*. Vide Theor. 3. Materialis non est Lex & Evangelium: Sed Majorum traditiones Rabinorumq; commentum. Vide Theor. 4. Formalis non est cultus in Dei verbo præscriptus, sed in Talmudo effectus. Finalis, non est Dei gloria, Hominumq; Salus; verùm illius ignominia; Hujus perditio. Quæ autem Religio talis, quomodo tanquam falsa non habeatur? Deinde ex fundamento, quo innititur, falsitas ejus patet luculentissimè. Quodnam illud? Talmudus; qui propterea, quod convitiis, blasphemis, superstitionibus refertissimus, verboque Dei tum sibi ipsi in plurimis contrarius, optimo jure rejicitur: Rejecto verò ac diruto fundamento, quî id, quod superstructum, inconcussum consisteret? 3. Doctrina Iudaorum verbo Dei adversâ fronte repugnat. Non enim ferè fidei articulus est, cui non in Talmudo contradicatur. Verbum Dei docet, in una simplici Dei essentia tres distinctas esse personas; Talmudus, contra non nisi unicam agnoscit personam. Verbum Dei

solyma vastetur, Bethlehem deleatur, nondum ablato à Juda
 sceptro Talmud contra statuit, venturum Hierosolyma &
 Bethlehem deletis, regnoque à Judæis ad peregrinum
 Imperatorem translato. Verbum Dei docet, Messiam oportere
 esse, ut Mediationis munere rite defungi possit, *Ἰεσὺν ἄνθρωπον*,
 secundam scilicet Deitatis personam Homo-factam: Talmud
 contra, Messiam *ψίλον ἄνθρωπον* esse debere. Verbum Dei u-
 nius tantum mentionem facit Messia, in temporis plenitudine
 secundum humanam naturam ex stirpe Iudæ oriundi: Talmud
 contra duos exquiri & expectat, unum ex stirpe Iosephi, alte-
 rum Iudæ. Verbum Dei docet, nos labe originali a deo infectos
 ac corruptos esse, ut Dei mandatis perfectam obedientiam
 præstare nequeamus, nedum Deum ex toto corde diligere ei-
 que confidere; remittit ergò nos ad Messiam, qui omnia
 præcepta nostri loco implevit pœnam quoque peccati pertulit,
 nosque salvos fecit: Talmud econtra peccatum originis
 nis ignorat, unde homo Deum ita diligere, ipsique confidere,
 mandata quoque ejus præstare possit ut Deus amplius nil requi-
 rat; quemlibet etiam hominem pœnam peccati luere oportere,
 contendit. Verbum Dei *ἐπιτάγματα ἀνθρώπων ἔφελοσθησκει-
 ας* vitare jubet; Talmud contrarium imperat, & omnia Rabino-
 rum dicta, tanquam cœlitus prolata, sine ulla exceptione acce-
 ptare suadet. Et quæ sunt sexcenta alia, in quibus Talmud ex-
 presso Dei verbo cotumaciter contradicit. Quæ vel sola falsi-
 tatis doctrinæ Iudæicæ infallibilis nota est. Adde quod N. T. ab
 ipso Deo per Prophetas promissum, stupendis miraculis confir-
 matum, propagatum & contra Iudæorum rabiem defensum,
contra propria conscientia testimonium prorsus repudient, Veteris au-
 tem testimonia ac varicina in sensum à mente autoris prorsus a-
 lienum detorqueant, ut ex vaticiniorum allegationibus manife-
 stum est. En iterum falsitatis documentum clarissimum! Deni-
 que 4. *Deus ipse Religionem Iudæicam falsitatis convincit*, tam diutur-
 na totius Regionis devastatione, politiæ & hierarchiæ pristinae
 abolitione, Regum & Ducum de stirpe & familia Davidis inter-
 rupta serie, gentium ad regnum gratiæ in Messia promissæ vo-

Zach. 9. 6. 9.
Mich. 5. 6. 1.
Gen. 49. 6. 10.
Psal. 2. 6. 7.
Dan. 7. 13.
Gen. 49. 6. 10.
Gen. 6. 8. 8.
Esa. 53.
Dan. 9.
Matth. 15. 9.
Col. 2. 23.
 catio-

pletionem, Messiae denique & quoad personam, beneficia, miracula; & quoad ejus regnum, subditos, durationem, amplitudinem, ipsiusque adeo Messiae status & conditionis juxta praemissam descriptionem manifestationem, à Judaeorum opinionibus & somniis prorsus diversa. Haec de Religione Judaica falsitate, quam fieri potuit strictissime.

THEOREMA VI.

Varii à variis excogitati atque in praxi adhibiti fuerunt convertendi Iudaeos modi, plerique tamen sine optato fructu & effectu. Optimus ergo videtur is, qui sit nuda Evangelii praedicatione & diligenti praecipuorum doctrinae Christianae capitum inculcatione.

Quò difficilior ac operosior Judaeorum obstinatorum conversio; eò major adhibenda prudentia ac industria, ut vel aliqui ex spississimis ignorantiae & erroris tenebris erepti ad splendidissimam caelestis veritatis lucem perducantur. Non defuerunt quidem, qui laborem hunc susceperunt, verum quia prudentiam non habuerunt ducem, operam simul atque oleum perdiderunt. Quidam n. Iudaeis bona fraude & usuris conquisita eripientes, hac ratione indigentiam pressos ad fidem Christianam amplectendam cogere voluerunt. Sed quanam haec convertendi ratio, de convertendis Iudaeis sollicitum esse, quamdiu divitiis affluunt, postmodum, verò, pecuniam ereptam, negligere, donec iterum aliquid corraserint? Quin hac ratione doctrina Thalmudica magis confirmatur, quae tradit, Deum Iudaeis praestantiorum thesaurum dare non potuisse, quam paupertatem. Alij Magistratui potestate gladii armato auctores fuere ac suasores, ut Iudaeos, nisi ad Christianismum accederent, tanquam blasphemos, igne, aqua, ferro e medio tollerent. Sed apage AntiChristianismum! Ubi hujus processus mandatum vel in V. vel N. T.? ubi exemplum? Alij contra ipsos calamum strinxerunt, eorumque errores ex ipso Talmudo confutare voluerunt. Quia verò Talmudum vel non legerunt, multa peregrina dogmata ipsis affinxerunt, in errore magis confirmantes, quam ex eo liberantes. Non defuerunt, qui errores ipsorum ex Cabala ostendere

fatege-

Chagiga f. 9.

bala fundamentum vel promissionem in Dei verbo habet? *Quidam*
etiam coram cum Iudæis sermones spargere cupierunt, nescien-
tes, quid credant vel cur credant. Hi etiam nihil efficiunt, etiam-
si mille Scripturæ testimonia pro sua sententia afferant, unumq;
syllogismum post alterum proponant. Etenim non tam ex D E I
quam Talmudi verbo, tanquam norma ac regula, omnia do-
gmata dijudicant; Quid? quod pleriq; adeò rudes & ἀλογοὶ sint
ut nesciant, quale animal sit Syllogismus.

Et hæc fuerunt media ad convertendum Iudæos non satis
apta ac idonea; quia 1. in verbo Dei nullum habent fundamen-
tum. 2. Neq; à Christo neq; ab Apostolis, quin & Prophetis in
V. T. adhibita. 3. Quia, teste experientia, successu caruere o-
ptato.

Neglectis igitur ac rejectis mediis jam enumeratis, proces-
sus hic videtur expeditior ac fructuosior cum iis instituendus, ut
Magistratus, sub cuius dominio vivunt, seriò quærens ipsorum
non tam pecuniam quam animam curet; Ut verbum Dei, præ-
sertim V. T. scripta purè ac sincerè prædicetur, ac dextrè expli-
cetur. Quæ sanè prædicatio, si cum invocatione divini nomi-
nis & auxilii, instituatur, fructu suo non carebit. Promisit e-
nim Deus ipse, qui verax est, se per verbum prædicatum effica-
cem futurum Esa. 55. v. 10. Ecclesiæ ministri, quibus informandi
munus injunctum est, non debent minis legalibus fulminare &
exsecrationibus illos deterrere; Sed potius magnâ lenitate cum
illis agere, verbum Dei explicando: tum illorum labor in Do-
mino non erit irritus ac frustraneus. Qui verò contra ipsos i-
psorumque errores scribere præsumunt, dieteriis ac convitiis
scriptum exosum reddere non debent, nec facile cuivis, de ipso-
rum scriptis quidvis effutienti, fidem adhibere, sed ipsorum li-
bros, si non sine fructu cum ipsis agere cupiunt, ipsi perlege-
re, quæ in iis falsa, ex verbo Dei solidè refutare & errori-
bus monstratis, veritatem divinæ Essentiæ & voluntatis ex
Dei verbo manifestare: *Quando enim aliquis ad erroris agnitionem
est perductus, tunc facillime ad veritatis agnitionem adduci pot-
est.* Idem hoc consilium est B. Lutheri Tom. 5. VViteb. fol. 443.

Hæc

ne. Sequitur ut quædam *Theologico-Politica*, quæ circa Iudæos in
quæstionem venire possunt, in seq. Theorematis breviter e-
nodentur.

THEOREMA VII.

*Judæi certis quibusdam conditionibus à Magistratu in
Republ. Christiana tolerari possunt.*

De Iudæis inter Christianos tolerandis variè disputatur à
Theologis juxta & Politicis, aliis *ὕπερβολῆ* peccantibus, dum
Iudæos indiscrete exterminandos judicant; aliis *ὅτι ἑλλείψει*,
dum eos illimitatè tolerandos censent. In hoc sententiarum
divortio, media videtur tutissima, quæ suadet, ut *evitetur teme-
raria expulsio & licentiosa tolerantia.*

Primum enim non indiscretè ex orbe Christiano sunt pro-
scribendi 1. *Ob spem conversionis*, quæ Iudæis facta *Es. 6. 13. Ose. 3. v. 4.
& 5. Soph. 3. v. 14. Rom. 11. v. 25, 26.* Sed sine conversatione cum
Christianis conversio vel nūquam vel certè difficulter speranda.
2. *Ob coercendas blasphemias*, Si enim à Christianorum consortio
penitus excludantur, liberius & *ἀνεμπόδισως* blasphemant, cum
à Christianis possint coerceri. 3. *Ob commoda*, quæ cum Iudæorum
tolerantia sunt conjuncta, quæ sunt vel *Theologica*, dum exhi-
bent nobis speculum iræ divinæ erga contemptum Evangelii;
confirmant suo exemplo prædictionū divinarum veritatē, sunt
Christianorū thesaurarii in asservendis scripturis Hebræis, qua-
rum autoritatem suo testimonio adserunt, ne pagani præten-
dant, illas à nobis corruptas esse. Vel *politica*, quoniam augent
ætarium Reipubl. tum mercimonis & negociationibus, tum a-
liis oneribus, quæ ipsis imponuntur. Adde, quod in repentinâ ne-
cessitate magnam pecuniæ summam suppeditare possunt. 4. *Ob
reverentiam patriarchalis originis.* Quia sunt de semine Abrahamæ;
sunt consanguinei Christi juxta carnem *Rom. 9. v. 5.* Unde Luthe-
rus dicere solitus: *se propter unum Iudæum Crucifixum omnibus fa-
vere Iudæis.* 5. *Ob exemplum veteris Ecclesie.* Quæ Iudæos non ex-
terminavit, sicuti de hoc ipso Constitutiones in Jure civili & Ca-
nonico extantes restantur. Ob has & similes rationes non vi-
detur

Tom. 6. 3. G.
fol. 509.

anorum indiscretè expellantur. Quo ipso tamen non hoc volunt, quod in Rempubl. facilè sint admittendi, multò minus quod studiosè turpis lucri causa sint advocandi, quia hoc summæ temeritatis & Christiano nomini probrosum foret.

Ne igitur in *altero extremo* peccetur, & *Iudæis nimia licentia concedatur*, jubet Christiana charitas, ut *quibus in locis sedem habent antiquam, quidem tolerantur, sed tamen legibus tum generalibus, tum specialibus ita constringantur*, ne ulla ex parte vel scandalum dare vel damnum inferre possint.

Generalis lex esto: Ut secundum jus, in Rempubl. usitatum, tranquille vivant. Magistratui pareant, ab incantationibus & aliis sceleribus abstineant, civibus molesti non sint, nec quicquam contra Christianam Rempubl. moliantur.

Specialium multæ possent recenseri; Nos præcipuas tantum annotabimus.

1. *Blasphemie Iudæorum nequaquam tolerantur, sed severissime prohibeantur, eumq; in finem Synagogæ ipsis non concedendæ.*

2. *Cogantur, ut conciones sacras audiant.* Quia enim ob spem conversionis tolerantur, media certe adhiberi & obstacula removeri oportet.

3. *Prohibeantur, ne Iudæum ad nos transire volentem dolosè retineant, & contra neminem è Christianis ad suam superstitionem pertrahere laborent.*

4. *Libri veterum Hebræorum sive impressi sive manus scripti, ab iis extorqueantur.*

5. *Minimè iis permittatur cum Christianis matrimonium contrahere, ob seductionis periculum.*

6. *Habeantur tanquam servi servorum, duriterq; tractentur, ut re ipsa experiantur, se in exilio vivere.*

7. *Prohibeantur ipsis immodice usura, ne sanguinem Christianorum exfugant, multasque opes ad otia dum & delitandum corrudent.*

8. *Non præstentur ipsis obsequia, multo minus servitia in diebus Sabbaticis.*

9. Non

baria spectant.

IO. Externo quodam in vestibus constituto signo à Christianis discernantur.

II. Iuramentū Iudæorum vel nihil vel parūm fidatur. Vide hac de re prolixliùs differentem Rever. & Excellentiss. Dn D. Præsidentem in parte 3. Phil. Sobr. Sect. 2. cap. 2. Quæst. 4. pag. 872. seqq. Ut & Clariss. Dn. D. Helvicum in Elenchis Elench 8.

Hæ conditiones ac limitationes si observentur Judæi inter Christianos, (ubi iam à multis annis antiquum habent domicilium) possunt tolerari. Hac in re habemus consentientem B. Lutherum, cujus in Lib. de Iudæis hoc est iudicium: Sicubi Iudæi ferendi essent inter Christianos, nullo tamen modo ipsorum mendacia, convitia & blasphemias tolerandas esse, sed severam potius misericordiam erga ipsos exercendam, ut saltem vel aliqui ex flammis illis impietatis eripiantur. Quibus verò in rebus severa ista misericordia consistere debeat, mox addit. Sed benevolum Lectorem ad ipsius Lutheri inspectionem remissum volumus. Nos ad alia.

THEOREMA VIII.

Synagoge Iudæis nullo modo permitti possunt ac debent.

Hæc B. Lutheri sententia, qui vult, ut Iudæorum Synagoge igni consumantur, penitusq; aboleantur, tanquam delubra iniquitatis, in quibus blasphemetur Christus Salvator noster, diris devoveantur Christiani, proponantur fabula Talmudica, & confirmantur Iudæi in sua superstitione. Hujusmodi officinas blasphemiae & impietatis jam olim Deus ipse excindi & igne consumi iussit Deut. 13. v. 16. Extat quidem Arcadii & Honorii Imperatorum rescriptum, quo prohibetur, ne Iudæorum synagogæ vel habitacula concrementur vel perperam sine ulla ratione lædantur. Verum hoc non obstante Cyrillus, cum Iudæorum sævitia in Christianos accederet, etiam maximam multitudinem Alexandriae in Synagogas irruit, & illas quidem sustulit, Iudæos autem civitate expulit. In papatu stauerunt olim: Iudæis non licere novas erigere synagogas, veteres

In libro de
Iudæis.

de Iudæis & Saracenis. Et juxta Bullam Papæ Pij V. Anno 1566. publicatum; Unicam duntaxat in quaq; civitate habere debent synagogam. Sed quomodo leges istæ observentur, experientia docet. Non enim novas tantum synagogas à Christianis Judæi efflagitarunt, verum & passim citra' consensum Magistratus, eoque inscio, conventicula in pagis & oppidis constituunt, in quibus procul dubio secure & libere blasphemant, suosq; liberos blasphemare docent, quod aliàs in publicis synagogis non audent. Optandum autem esset, ut juxta consilium Lutheri Judæis nullæ prorsus synagogæ concederentur inter Christianos; Neque enim ulla pars est Judaicæ Religionis, quæ Deo grata esse queat, vel ipsis necessaria: Quid? si ad fidem Christianam convertendi sunt, & ob hanc causam inter Christianos tolerantur, quemnam amplius habere possunt usum ipsorum synagogæ, in quibus nihil quicquam de fide Christiana auditur? Quæ considerans *Ambrosius* reprehendit *Theodosium* Imperatorem, quod puniri jussit Christianos, qui Iudæorum synagogas incenderant. Et reprehensionis suæ causam addidit: *Quia synagoga sit perfidiæ lacus, impietatis domus, amentie receptaculum, quod DEUS damnavit* Lib 5. Ep. 39.

THEOREMA IX.

Judæis immanis illa usura, quâ meritò apud omnes Christianos sunt infames, non concedenda.

Quamvis enim ipsis conceduntur negociationes, & quidem ita, ut pro commodatis pecuniis aliquantò plus ipsis exigere liceat, sicut definitum est *Constitutionibus imperialibus*: Tamen in vulgus notum est, quâ malitiâ & nequitiosâ fraudulentiam passim Christianos decipiant & circumveniant iniquissimis usuris. Hoc autem ne è suis quidem legibus defendere possunt. Nam quod obtendunt *legem Deut. 23. v. 20. A peregrino seu advena licet tibi usuram exigere*; id prorsus ineptè ab iis allegatur. Quæso enim an ne Christiani nos sumus advenæ Iudæorum? Ecquandò ergò in ipsorum terram migravimus? Ita pulchri homines se pro *Domini nostris*, & nos pro *advenis & inquilinibus suis* habent? Quod au-

D

tem



usura intelligendum sit, non de aliis regionibus, expressè est in
textu: *In terra, ad quam tu vadis possidendam.* Si igitur Iudæi fœne-
rari velint, abeant priùs in suam terram eamq; rursus occupent,
si possunt, & tum fœnerentur, quantum voluerint. Deinde diser-
tè additur antithesis: *A fratre tuo non exiges usuram v.19. & v.7 Edo-
mita est frater tuus.* Iam patet è Iudæorum libris, quod omnes
Christianos habeant pro Edomitis. Quo igitur jure à nobis Chri-
stianis tanquam fratribus, accipiunt usuras? *De usuris & nefariis
artibus Iudæorum vide Lib. Germ. Jüden Spiegel, excusum Ulrsellis
Anno 606, & Nigrini Jüdenfeind.*

THEOREMA X.

*Conversionem Iudæorum aliquam sperandam esse ex
Scripturâ indubitat constatò qualis nam verò illa futura, an
solennis vel vulgaris, universalis vel particularis, repentina
vel successiva, ex eadem Scriptura non videtur demonstrari
posse demonstrari ac determinari.*

Beatus noster Lutherus in *Libel. de Iudæis & eorum mendaciis*
Tom. 8. l. G. fol. 49. impossibilem ferè judicat Iudæorum conver-
sionem, eò quod non tantùm sub triplici maledictione sunt, qua-
rum una ex ipsius Dei *Deut. 28. v. 18.* altera ex *Davidis Psal. 69. vers. 24.*
Psal. 109. v. 17. tertia ex proprio ipsorum ore prodiit, tempore passionis
Christi *Matth. 27. v. 25*; Verùm etiam, quia audire non possunt,
gentes esse Dei populum, & tamen manere gentes; Circumcisi-
onem enim veram populi Dei notam etiamnum esse existimant,
quam rationem indicavit Lutherus in *Enarr. Psal. 117. Tom. 5. l. G.
fol. 129.* Verum enim verò etiam si perdifficilis (*si rationem con-
sulas humanam, obstinatamq; eorum cœcitatem, semotâ inperscrutabili
Dei bonitate, attendas*) Iudæorum videatur conversio; Scripturâ tamè
& experientiâ teste subinde aliqui conversi sunt, adhuc conver-
tuntur, & circa mundi finem imprimis convertendi sunt. *Quam
conversionem D. Apostolus $\mu\upsilon\sigma\eta\epsilon\iota\sigma\upsilon\upsilon$ appellat; propterea quod multis
nova ac ferè incredibilis videbitur, Rom. 11. v. 26.* Et sic de ipsa Conver-
sione dubium amplius nullum. *Modum conversionis quod concer-*
nito

Christum communem Salvatorem (*conversione repentinâ, universali, solenni*) convertendos esse. Probationis loco adducunt, 1. *Scripturae Oracula* 2. *Rationis momenta* 3. *Autoritatis pondera.*

Oracula tum ex V. tum ex N. T. adferunt quàm plurima. Ex V. T. *hæc allegant loca Lev. c. 26. v. 42, 43, 44, 45.* Ubi Legislator cœlestis isti ipsi legum suarum sanctioni, quâ pœnas populo suo illas transgressuro severissimè denunciavit, promissionem hanc clementissimam illicò annectit: *Se vel in hisce ipsis suppliciis atrocissimis nunquam obliturum tamen, sed recordaturum subinde fœderis sui, quod pepigerit cum Iacobo, Isaaco, Abrahamo; sed & terræ, unde ejecti fuerint, memorem futurum.* Similia loca habentur, Deut. 4, 26, seqq. 3. Reg. II. v. 39. *Affligam semen Davidis, verum Non cunctis diebus.* Et paulo antè v. 36. id quod repetitur Psal. 89. v. 26. usque ad 39. Eandem promissionem repetunt Prophetæ etiam reliqui. Eza. c. 6. v. 9. cap. 10. v. 20. seqq. cap. 49. v. 6. Ubi dicitur, tum gentes, tum Israelis tribus & reliquias tandem ad Christum iri conversas. Consimiles sententiæ passim ingeminantur per totum librum, maximè cap. 45. v. 5, 6, 7, & v. 19, 21, 24, 25, 26. cap. 46. v. 14, 15, 16, 17, & v. 22, 23. cap. 51. v. 14, 17, 18. cap. 52, 53, per totum, cap. 54. v. 4, 5, 13. cap. 65. v. 8. Jeremias cap. 3. v. 1, 14, 19, 22. cap. 30. v. 7, 8, 11. cap. 31, per totum, cap. 32. v. 37. cap. 33. v. 14 usque ad finem. cap. 50. v. 4. In diebus illis ac tempore illo, &c. (*novissimo scilicet cap. 30. v. ult. cap. 23. v. 20.*) Baruch (*qui Jeremia minister putatur*) cap. 4. v. 27, 28, 29. Ezechiel cap. 36. v. 23, 24, 25, 26. cap. 11. v. 17, 18, 19, 20, 21. cap. 37. v. 23. cap. 39. v. 29. Oseas cap. 3. v. ult. & penult. paulò ante cap. 1. v. 10. cap. 2. v. 16. rursus cap. ult. v. 5, 9. Micheas cap. 4. v. 1, 5. cap. 7. v. 17. Sophonias cap. 3. v. 12. Zacharias cap. 12. v. 20. Malachias cap. 4. v. 5. cap. 3. v. 17, 18. Esdras lib. 4. c. 13. v. 32, 39. Ex N. Test. sequentia, Matth. 17. v. 11, 12. Joh. 10. v. 16. Huc referunt etiam locum Pauli, qui in 1. Thess. 2. v. 16. scribit: *Pervenit autem ira Dei super illos (Iudeos) usque in finem eis τέρμα,* quod dicunt non ita accipiendum, ac si nunquam convertendi Judæi, aut ira Dei super eos in æternum non cessatura sit, sed quod in fine demum seculi hujus paulò ante Christi adventum gloriosum illud futurum sit: *Particulam enim eis non inclusive sed exclusive accipiendam*

Confer Matt. 13. v. 14. Marc. 4. v. 12. Luc. 8. v. 10. Joh. 12. v. 4. Act. 28. v. 26. Rom. 11. v. 8.

c. II. v. 25 seqq. & 2. Cor. 3. v. II. ubi cæcitatibus velamen ab Israelitica gentis oculis rursus remotum eosq; ad Christum converfos iri, D. Paulus apertè docet.

Rationem desumunt à miserrima Iudeorum conditione, quod dispersi ac poli soliq; sui extorres vagentur per orbem, sine Deo, sine homine, sine Rege, ut loquitur Tertullianus Apolog. c. 21. Et tamen in hac ipsa miserrima miseriâ mirabiliter conserventur, nec funditus extirpentur, quod magno miraculo non carere contendunt, ut & sine mysterio non fieri, quod velut victimæ sint, odii publici & tamen toto in orbe tolerantur; inter Christianos, Saracenos, ipsosq; idololatrias, ipsis tuta sedes est, quo privilegio nulla Jalia secta gaudere videatur. Gens certè numerosissima est (verba sunt Kepleri) quæ tamen propagat se etiam in summo contemptu, per infinitas persecutiones, locum tamen inter gentes invenit habitandi, idq; proculdubio ex divina dispositione, quæ dirigit corda Regum. Et quod stupendi miraculi loco est, nostris laboribus vivit ipsa ociosa.

Autoritatem proferunt plurimorum Clarissimorum virorum imprimis, Celeberrimorum Theologorum Hunnij & Rungij τῶν ἐκ ἀγ. οἰς, qui in Explicatione cap. II. ad Rom. eandem sententiam confirmant. Verba illorum huc adscribere nimis foret prolixum. Consulantur ipsi autores. Adstipulari illis videtur Clarissimus Dominus Keplerus, qui in genere omnes hodiernas inter Christianos usitatas contentiones cultusq; differentiam eò vergere opinatur, ut ex mutua ruina occasio sit convertendorum, hinc Indorum, inde Judæorum & Turcarum. Aversati sunt Judæi Christum & gentibus eum tradiderunt, at, cum hi nihilo illis meliores contumeliis adfectum corpus ejus (Ecclesiam scilicet veram) persequi & occidere etiam fuerint ausi, resurget rursus Dominus & peculiariter se Judæis revelabit, eos ad Regni sui amplificationem emittendo. Hoc nunc instare tempus, Atheismus in multis illud credendi præbet argumentum.

Et hæc fundamenta, quæ pro confirmatione suæ opinionis solent afferre. Verum ut tribus verbis mentem nostram (salvo tamen aliorum judicio) explicemus, dicimus, Oracula Scripturæ supra laudata partim adimpleta esse, partim adhuc impleri, dum

Marquard. de
Susanis tract.
de Jud. & U-
sur. part. I. c. 2.

Tract. de stella
nova Serpent.
c. 30. f. 205. sqq.

De Stella nova
Serpent. f. 206.

Heurnius fol.
143. vide un-
dem fol. 179.

minantur, ad Christi regnum vocantur ac convertuntur. Quod-
que ante gloriosum Christi reditum insignis aliquis Judæorum
numerus ad Messiaë regnum sit accessurus, negari sanè non de-
bet; quod verò conversio illa talis futura sit, qualem isti descri-
bunt, id ex citatis Prophetarum testimoniis *ἡ προδεικτικὸς* evinci
non posse statuimus. *Rationem* quod attinet singularem Dei cir-
ca mirandam Judæorum conservationem ac protectionem pro-
videntiam meritò agnoscimus; num verò hunc ipsum in finem
sit directa, ut omnes tandem ad fidem Christianam convertendi
sint, de eo, petimus, ut reddant nos certiores. *Autoritatem* tan-
torum virorum magnificimus, sed dicimus, eos probabiliter
tantum, non apodicticè id adseruisse, quam probabilitatem &
nos admittimus. Satis de Judæorum conversione, de quâ plu-
ribus differendi in ipso forsan conflictu dabitur occasio.

THEOREMA XI, ET ULTIMUM.

*Num Judæi terram Canaan iterum sint occupaturi,
& tanquam incertum, in dubio relinquimus.*

Qui hodiè universalem Israelitici populi conversionem futu-
ram contendunt, ij ejusdem in terrâ patriam restitutionem, omni-
umq; pariter 12. tribuum miraculosam recollectionem è vestigio
conversionem insecuturam vaticiniis benè multis eunt probatâ.
Ex iis huc afferam pauca. *Deut. 30. v. 1. seqq. Esaias cap. 11.* In quo vati-
cinio notatum volunt. 1. *tempus reductionis*, quod futurum post
Christum natum, Redemtionisq; munus absolutum ex vers. 10.
2. *ipsam recollectionem* quæ hîc non prima innuitur, facta tempore
Cyri, Darii, Artaxerxis, 1. *Esdraë 2. & 7. Neh. 7. v. 7, 11. sed secunda*,
Adjiciet Dominus, *Secundò*. 3. *terminum à quo*, ab Assyriis, Aegy-
pto, Parthis, (qui demum post natum Christum ac everisionem Hierosoly-
morum secundam dominari Judæis occeperunt) Aetiopia, Elam (quæ
Persia) Sennaar (quæ terra Babylonis *Gen. 10*) Emath (Macedonia
Plinius libr. 4. cap. 10, & Suidas.) Et ab insulis maris (qui-
bus reliquæ Europæ provincie, velut Italia, Hispania, Germa-
nia, Gallia, Anglia, Dania, Suecia &c. intelliguntur ut patet

*Joseph. l. 1. c. 18.
Antiquit.
Jud. 6. 11.*

quæ non tantum erunt *duæ*, *Iudæ & Benjamin*, velut factum soluta
 captivitate Babylonica. 1. Esd. 2. & 7. Neh. 11. *sed omnes pariter tri-*
bus duodecim v. 12, 13. 5. Modum restitutionis, qui profusus erit *admi-*
rabilis v. 15. per flumen intelligunt Euphratem, (Esd. lib 4. cap. 13.
 v. 43. Apoc. 16. v. 12.) quem transire debent *calcoati* vers. 15. quod
 hæctenus factum negant. His similia habentur cap. 27, per to-
 tum. Cap. 43. à v. 1, usque ad 7. Item v. 24. cap. 49. v. 12, 17, 25. cap.
 51. v. 3, 17. cap. 52. à v. 1, ad 7. cap. 61. per totum. Jeremiæ cap 3. v.
 12, 22. cap. 23 v. 3. cap. 30. v. 3, 8. cap 31. per totum. cap. 46. v. 27, 28.
 Baruch c. 4. & 5. Ezech. c. 6. v. 8, 9. c. 11. v. 16, 17, 18. c. 36. v. 24, 28, 33.
 cap 37. legatur totum. cap. 39. v. 25. Huc referunt cap. 2. Danie-
 lis, ubi per statuam 4. regna gentilia, *Assyriacum & Caldaicum, Per-*
sicum, Grecum & Romanum, per lapidem verò statuam commi-
 nuentem, & ventum rudera ejus dissipantem, *omnipotentem Dei*
manum & novum illud regnum Israeliticum notari judicant; idque
 ve le sibi verba Danielis v. 44. In diebus autem regnorum illo-
 rum (*ergo in tempore adhuc, sine scilicet presentis seculi*) suscitabit
 Deus cæli regnum, quod in æternum (*dum mundus hic steterit E-*
zech 37. v. 25, 26. Jer. 37. v. 35. & aliis in locis) & regnum ejus & c. ipsum
 stabit in æternum (*hoc est ad finem usq; mundi, interprete Daniele ipso*
cap. 7. v. 27. Esd. lib. 4. cap. 13. v. 34.) In cap. 7. ejusdem vatis itidem,
 per visionem 4. bestiarum 4. regna gentilia, per regnum sancto-
 rum, quòd quartam bestiam excepturum esse dicit, novum hoc
 regnum Israeliticum intelligunt. Nam *hoc regnum subter cæleste*
futurum in ipsum tamen cæleste regnum in mundi fine desitutum ac tras-
formandum, sequentia prophetiæ verba dicunt innuere, vers. 26.
 seqq. Hanc Danielis visionem explicat Angelus apud Esdram
 lib. 4. c. 12, ubi hanc populi sui liberationem ante iudicium ex-
 tremum eventuram tradit. Item cap. 13 v. 19. Ex Minoribus pro-
 phetis citant Ose. cap. 1. & ult. v. 6. Joel. c. 2. v. 17, 23, 24, 25, 26. Am.
 c. 9. v. 11. Mich. c. 4 v. 13. Hab 3. per tot. Soph 3. v. 10. Zachariam
 qui vixit post reditum à captivitate Babylonica, c. 2. vers. 6. seqq.
 c. 10. v. 6. Quo minus verò relata vaticinia *in reditu Iudaorum,*
e captivitate Babylonica adimpleta esse, cum Luthero in Pref. Ezech. sta-
tuatur, sequentes restrictionis notas & circumstantias inculcât.

Vid. Luc. 21. 6.
24. Matth. 10.
v. 23 Act. 1. 6. 7.
c. 3. v. 19. seqq.
Rom. 9. v. 27.

1. Quod

Israelis, adde superius adductis cap. 2. Mich. v. 17. 2. Quod perpetua futura sit, in perpetuum duratura, h. est. ad finem usq; mundi. Esa. 51. v. 17. & 22. cap. 60. v. 15, c. 62. v. 4. c. 65. v. 19. 3. Quod in tempore demum novissimo, hoc est, extrema mundi senectâ restitutio hæc Israelis contingat, Deut. 4. v. 30. Ezech. 38. v. 8, 21. & c. 4. Quod eam antecessura conversio Israelitarum universalis ad fidem Christianâ. 5. Quod Israelitæ prædati sint eos, quibus ante præda fuerunt. 6. Quod per fugam & contra voluntatem eorum, sub quorum ditione sunt, elapsi sint Esa. 60. v. 8. Zach. 2. v. 6. & passim. 7. Quod maxima ipsorum pars deventura sit ab Aquilone Jer. 16. v. 14. alibi. 8. Quod in nova Israelitarum politia cessare debeant omnes iniquitates & transgressiones; contra unicè vigere pietas, sanctimonia, justitia Esa. 37. Es. 65. 9. Quod perpetua pax & tranquillitas absq; ullo bello & clade futura sit. Esa. 2, 4. c. 11. v. 6, 7, 8. & c. Harum circumstantiarum & notarum nullam penitus quadrare putant in reditum Judæorum à Babylone. Primùm enim non universalem fuisse restitutionem illam totius populi Israelitici; sed particularem duarum duntaxat tribuum, Iudæ scilicet & Benjamin (adde ex parte sociam tribum Levi) perspicuè testatur historia tam sacra, quàm profana. Deinde, neque perpetuam fuisse restitutionem illam, sed temporalem tantùm, vix annos integros 600. perdurantem, post quos miserimè rursus eversa sit integra Judæorum Respubl. & in gentem Romanam translata, urbe Hierosolymorum funditus excisâ, populoq; Judaico maximam partem occiso, reliquo in captivitate & sub gentium jugum longè tristissimum, in hunc usque diem perdurans, abducto, id quod de particulari hac politia prædictum Dan c. 9. 3. Neq; in tempore novissimo accidisse Babylo-nicæ captivitatis solutionem, sed in media ferè mundi ætate, annum circiter 3420. 4. Neque ante illam ad fidem Christianam ipsos conversos fuisse, cum Christus in fine demum politicæ illius natus fuerit. 5. Neque Judæos domum revertentes prædatos fuisse Babylonios, quorum hæctenus in captivitate præda fuerint. Sicut nec 6. contra voluntatem ipsorum fugâ elapsos, sed potiùs ingentibus cumulatò muneribus gratiâ cum magnâ à Babyloni-orum Regibus domum remissos. Quemadmodum 7. Babylonem

Lib. 1. Esd. c. 2.
 & 8. Neh. c. 11.
 Joseph lib. 11.
 antiquit. 4.
 & 5.

Christoph Hel-
 vicus in tabel.
 Chronologicis.

Esd. 1. c. usq;
 ad 9.

meri-

nem, teste Cosmographia. Neque 8. cessasse inde flagitia ipsorum, abominaciones atq; peccata, sed potius indies magis magisq; accrevisse, teste universa historia Evangelicâ. Denique nunquam ferè graviorib. frequentioribusq; bellis afflictos fuisse, ac miserabilioribus affectos cladibus, quàm inde à solutione captivitatis Babylonicæ, testibus Maccabæorum libris. Non igitur cœlum magis à terra distare ajunt, quàm politiam hanc Judaicam ab exoptata illâ, quam pollicentur oracula supra adducta, cujus initium rùm demum futurum, cum finem sortietur bestię quartæ, hoc est, Imperium Romanum Dan. 2. & 3.

Speciosa quidem hæc sunt, non tamen talia, quæ animum nostrum reddere possint ἀνεπίπρωτον, quin iis tria opponi posse videntur 1. Vaticinium Prophetæ Danielis disertè negantis, Hierosolyma post captivitatem Babylonicam instaurata, cum iterum excisa fuerint, restitutum iri unquam. Sic enim cap. 6. inquit: Et civitatem & sanctuarium (post captivitatem restitutum) dissipabit populus &c v. 26. Vaticinium hoc evidenter confirmat experientia ipsa; Siquidem anni ultra sesquimille à devastatione Civitatis jam effluxerunt, neq; ullum superest ejus in pristinum statum restituendæ vestigium. 2. Traditio antiqua, quæ Judæorum Fastis majoribus inserta possessionem tertiam futuram negat. 3. Sensus allegoricus & mysticus, quem in plerisque circatis oraculis obtinere, agnoverunt etiam Rabbiorum nonnulli, qui absurditate litteralis sensus permoti per modum parabole seu allegorice explicanda esse judicarunt. Patet ex his, sententiam illam de catholica populi Israelitici Restitutione, si litteralem Prophetorum Oraculorum admittamus sensum, admodum plausibilem esse; si verò mysticum consulamus (quod omnino fieri debere videtur) infirmam planè & à scopo prophetarum alienam. Quare Nos problema hoc, tanquam minus evidens in dubio relinquentes, Colophonem Disputationi nostræ imponimus, Deumq; seriiis votis invocamus, ut conventendos convertat, Nosq; unâ omnes in cœlestem patriam introducat. Ita fiat!

Ut in R. Mose
Aegyptio, quæ
Rambam vocant,
videre est It. R. Abrahâ,
R. Nimchi, in Es. c. II. Et
Raschi super No. 2. Esa. 6. 2.

F I N I S.

n,
C-
m
i-
y-
is
a-
m
oc

m
le
o-
m
Et
ic
i-
i-
as
m
e-
a-
n-
le
m
m
u-
re
re
n-
e.

05 A 758


ULB Halle 3
003 766 705


11019

1101







SYSTEMATIS THEOLOGICI PARTEM
Primam Generalem
DE RELIGIONE ET EJUS ARTICULIS
Generatim consideratis
DISPUTATIO IIX.

De
**RELIGIONE
IUDAICA,**

Quam
SUB AUSPICIO SS. TRINITATIS

ET
PRÆSIDIO
BALTHASARIS MEISNERI
S. S. Th. D. & Profefs. publ.

*Ad συζήτησιν placidam
In minori Auditorio habendam.*

proponit
M. JOHANNES Schwalbe Misenensis
Ser. Elect. Sax. Alumnus.
Ad diem 26. Octob. Horis pomeridianis.

WITTEBERGÆ,
Excusa Typis JOHANNIS GORMANNI,
ANNO M DC XXV.